1375. die 3. Februarii   Ex Libro Privilegior. Capituli Cracoviensis   445.

(121)

Florianus Mokrzski Episcopus Cracoviensis, Campos seu agros Episcopatus Cracoviensis in Probolowicze cum Prato pro Agris Nobilium in Zlota versus Villam Episcopalem Biskupicze in districtu Wislicensi consistentem commutat de Consensu Episcopali Cracoviensi.

In Nomine Domini Amen. Ut rei Geste ambiguitate qualibet propulsata, apud praesentes et posteros habeatur plenior certitudo. Proinde Nos Florianus Divina et Apostolicae Sedis providentia Episcopus Cracoviensis. Notum esse volumus, Universis et singulis, ad quorum audientiam devenerit praesens Scriptum. Quod Nos Florianus Episcopus praedictus de consensu pariter et assensu Capituli nostri Cracoviensis ex una, et Providus Vir Iwansco de Zlota nunc de Probolowicze parte ex altera, Considerantes ab utraque parte, ex hoc utilitatem et profectum evenire, mera deliberatione, et tracta

tu

tu sufficienti, et diligenti prehabito, cam
pos, agrosum infrascriptorum mucem
Commutavimus, et in Perpetuum com-
mutamus, videlicet Campos seu agros
nostros in hæreditate Probolowi-
cze cum Prato ibidem damus et
assignamus eidem Suansconi ex
causa hujusmodi Commutationis,
pro agris seu Campis, ex tota Par-
te hæreditatis ipsius Suansconis
in hæreditate versus Biskupicze
in districtu Visliciensi constitut.
cum Omnibus Juribus, Utilitati
bus, et Meliorationibus secundũ
qd pdicti Campi sunt distincti et extensi. Et
qd nos ipsũ Jus Epale, quale habuimus in
dictis Campis in Probolowicz, tale in prædictis
Campis Zlota nrique successores, Idem verò Suanco
quale Jus habuit in pdictis campis in Zlota
talem pfatis campis in Probolowicz et sui suc-
cessores debeamus, et debebunt obtinere. Et in
testimoniũ suprascriptæ Commutationis nrũm et dicti
Capli nri sigilla pntibus sunt appensa. Actũ et
Datũ. Cracoviæ tertio die mensis Februarii Anno
Dni Millesimo Trecentesimo Septuagesimo quinto.
Præsentibus Honorabilibus viris Dnis Zavissio Archidi
acono, Dobrogostio Doctore Decretorum Præposito, Jo-
anne Doctore Decrẽ, et Nicolao Preposito Je
gotha Scholastico Scarbimiriensi Spytko
ne Scholastico Visliciensi etc: et aliis pluri
bus fidedignis testibus Canonicis Cracoviensibus
ad Capitulum Congregatis.